Ho. 35

NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO,
ERUDITISSIMOQUE VIRO

GOTTLIEB CORTIO

S. P. D.

Joan. Franciscus Buddeus.

Quo luculentiora summae Tuae erga me humanitatis exstant documenta, eo iustiores te habere fateor meam in respondendo tarditatem reprehendendi causas; quam et ego adeo non excuso, ut pudore suffundar, cum cogito tam diu hoc a me intermissum officium. Nec tamen hoc ita interpreteris velim ac si Tui plane immemor fuerim; qui potius hoc tibi confirmo, nullam me praetermittere occasionem, quoties cum amicis de rebus ad bonas literas